

T H E S E S.


- I. Ethica Iesuitarum illorum temporum conditione necessaria erat, si, quem petierunt finem attingere voluerunt.
- II. Iesuitarum scientia omnibus in rebus politicis, eorumque merita in erudienda juventute magni fuerunt momenti, maximaque praebuerunt commoda.
-

Q V A S
P R A E S I D E
EXCELENTISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO
IOANNE HENRICO TIEFTRVNK

PROFESSORE PHILOSOPHIAE PUBLICO ORDINARIO
REGIA IN FRIDERICIANA
STIPENDII REGII CAVSA
CALENDIS MAII MDCCXCIV.
LOCO HORISQUE CONSVENTIS
PUBLICICE DEFENDET AVCTOR
IOANNES FRIDER. GVILIELMVS SCHITTING
BEROLINAS.

HALAE,
FORMIS HENDELIANIS.





THESES I.

Ethica Iesuitarum, illorum temporum conditione necessaria erat, si, quem petierunt finem, attingere voluerunt.

Finis omnium Iesuitarum operum erat oppressio Protestantium, praecipue vero dominatio omnium terrarum, gentium, earumque principum, fundatio et confirmatio hierarchiae, quod pro-

propositum tam magnum, tam difficile nullo modo adsequi potuerunt, nisi via, quae principiis ethicis convenire nequit. Iesuitae quidem hoc concedere noluerunt; cuiusque vero hominis studio ad defendendas actiones, opinionesque, praesertim vero multorum inimicorum accusationibus, quae toti ordini pernicioſſima fieri potuerunt, principia sua defendere, quantum fieri potuit, coacti erant. Propositum Iesuitarum ipsum quidem noxiū, et nefarium erat; talia vero proposita nulla via, nisi mala, attingi possunt, et praecipue ista, quam delineaturus sum, rerum conditione. Saepissime principes et populus commiserunt crimina, quae nullo defendere potuerunt judicio. Iesuitae vero omnia excusarunt crimina, et auctoritas ordinis a pontifice Romano confirmati effecit, ut omnes Iesitarum absolutiones magni putarentur momenti. Tali modo occuparunt totius populi amorem, omniumque principum favorem, id, quod praesertim necessarium erat, si, quem sibi proposuerunt finem, attingere voluerunt. Mores quidem his principiis maxime corrupti sunt, sed florente hierarchia, integritas morum locum habere non potuit, et hierarchia deleta, periit etiam auctoritas ordinis societatis Iesu. — Artes, quas adhibuerunt Iesuitae variae fuerunt, omnes vero penitus nobiles. Excusarunt crimina, quae leges veterunt falsa in-

ter-



terpretatione verborum, quae crima indicant, exempli gratia,
 caedem — Alia doctrina, qua multa excusarunt crima, illa
 erat, de probabilitate, alia doctrina de directione intentionis,
 porro illa, de reservatione mentali. — Corruptioni populi, quae
 praesertim vi hierarchiae tam maxime aucta erat, Iesuitae sese
 accommodarunt, ad obtainendam plebis gratiam. Invenerunt
 principia ethica a quoque ordine et genere observanda. Religio
 christiana gravissimas minatur poenas omnibus, qui ullum com-
 mittant crimen, ethica naturalis ipsa nimis adhuc severa erat in
 puniendis variis criminibus, quibus plebs inquinata erat, et
 nullo modo contra poenas a religione, legibusque indictas, con-
 tra propriae conscientiae judicium tueri sese potuit. Quas vexa-
 tiones tam maximas sustulerunt Iesuitarum principia. Facundia
 magna omnium decepit populum, qui argumentorum, quae al-
 legarunt, inanitatem intelligere non potuit, omniaque vera pu-
 tavit. Hoc modo ubique gratos sese reddiderunt, facillimeque
 illa, quae praesertim petierunt, proposita adsequi potuerunt.

THE.



THESES II.

Iesuitarum scientia omnibus in rebus politicis, corumque
merita in erudienda juventute magni fuerunt mo-
menti, maximaque praebuerunt commoda.

Quam maximum esset damnum, quod omnibus illis princi-
piis attulerunt Iesuitae, attamen aliis modis magna hominibus
praebuerunt commoda. Principes Europae Iesuitis sunt usi in
omnibus, difficillimisque negotiis publicis, quorum executione
magnam consecuti sunt scientiam occultissimis in rationibus omni-
um Europae regnorum; et saepissime majorem habuerunt terra-
rum cognitionem, quam ipsi principes. Omnes, occultissimae
etiam machinationes sine ullo erant effectu, quoniam a Iesuitis
detegebantur, priusquam quidquid efficere potuerunt. Omnes
principes Iesuitis adjuvantibus vim cognorunt omnium regnorum,
quibus coniuncti, aut quorum inimici erant, et omnes facililime,
quae illis bonae videbantur rationes inire potuerunt. — Praeser-
tim vero curarunt litterarum cultum. Scholae, quibus erudie-
bantur juvenes, ante Iesuitarum tempus litteris, quae deberent
com-



commoda non praebuerunt. Iesuitae vero scholas juventutis meliores reddiderunt utilioresque. Nam opera, quibus Iesuitae sese subjecerunt, nullis aliis perfici potuerunt, nisi hominibus non solum versutis, sed talibus etiam, qui litterarum studio formati, facultatem ubique adeundi haberent. Omnium philosophiae et rhetoricae artium periti esse debebant, si principia Iesuitica defendere, si homines ad perficienda consilia ducere, si denique gentes, earumque principes regere vellent. Artes occultas ordinis ipsius discebant, quum in ordinem industi essent, sed opus erat, ut litterarum eruditione praepararentur in cognitionem majorum ordinis artium. Hac scholarum reformatione multi orti sunt praecipui viri, qui Iesuitarum ordini haud imbuti liberiore ratione viribus animi tam exultis, utiles sese reddere potuerunt.



Nunc

252 H 7
BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS ET LANDESBIBLIOTHECA SACHSEN-ANHALT

Nunc meum adhuc est, his paucis addere nomina eorum,
qui amicitiae vinculo mecum coniuncti, opponendi partes benignae
suscipere, recusare noluerunt. Sunt vero:


FRIDERICUS HENRICUS BOTHE,
philologiae candidatus Magdeburgicus,

GUSTAVUS FRIDERICUS DÖLLEN,

SS. Theologiae candidatus Mesomarchicus.

Mox discessurus hac ab alma, quam maximas gratias vobis ago
pro amicitia, qua semper me amplexi estis. Ubiunque ero
locorum semper ero memor vestrum, vestrique erga me amo-
ris, sperans, ut vos etiam nomine meo, memoriam amici fin-
cerrimi conjungere velitis.





THESES.

um illorum temporum confessaria erat, si, quem petie-
atttingere voluerunt.

entia omnibus in rebus po-
nque merita in erudienda
agni fuerunt momenti, ma-
uebuerunt commoda.

Q V A S

R A E S I D E

SIMO ET AMPLISSIMO VIRO

N R I C O T I E F T R V N K

LOSOPHIAE P V B L I C O O R D I N A R I O

I F R I D E R I C I A N A

E N D I I R E G H I C A V S A

M A I I M D C C X C I V .

I O R I S Q V E C O N S V E T I S

E F E N D E T A V C T O R

G V I L I E L M V S S C H I T T I N G

B E R O L I N A S .

L A L A E ,

H E N D E L I A N I S .